UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Calepinus Ad librum

Calepino, Ambrogio

Venetijs, 1509

E ante L

urn:nbn:de:hbz:466:1-97861

Visual Library

Frigentqꝫ effetę in corpe vires. Silr effetã tellurẽ dicimus vt idẽ li.j.geo. Effętos cinerem immũdum iactare per agros Ubi Ser. Cõtinua fertilitate laſſatos ſicuti etiam frequenti partu dicit mlr. Col. in prefatione. Qđ exiſtiment vbertate nimia prioris eui defatigatum ⁊ effętum ſolũ neqre priſtina benignitate pbere mortalibus alimenta. Ci. in Cato. Libidinoſa ⁊ intẽperans adoleſcentia effętũ corpus tradit ſenectuti. i. debile ⁊ infirmum qꝛ vacuum viribus ⁊ eneruatum.

Effrenus. Uide in dictione Frenum.

Effugio. is. pe. cor. extra fugio euado. Uñ effugium ⁊ Effugia e. Uide in dictione Fugio.

Effundo. is. extra ſpargo. Lac. li. j. Nã pter verborũ licentiã qbus obſcęnitas oĩs effundit. Plau. Totãqꝫ effudit fideliã. i. ſparſit qcqd in fidelia erat. Per tranſlationẽ Effundere ponitur p cõſumare. Ci. li. ij. offi. Multi patrimonia effuderũt incõſulte largiẽdo. Qñqꝫ p Emittere. Uirgi. Ruũtqꝫ effuſi carcere currus. Qñqꝫ pro Proſternere profligare. Sal. Effuſo ac pfligato peditatu paulatim retrocedere cęperunt.

Effutio. is. pe. p. inepte ⁊ inconſulte eloquor euacuo. Tranſlatio a vaſe fictili: qđ patulo ore fundo acuto inſtabile nihil in ſe contineat. Et ipſe futilis dr qui nihil intra ſe continet ⁊ ſẽper inanis eſt. Hora. Effutire leues ĩdigna tręgedia verſus Uar. Euax verbum nihil ſignificat ſed effutitũ naturaliter eſt. Nonius Effutire exponit prodicere cum mendatio adducitqꝫ Ciceronem. li. v. tuſ. vbi ſic ait. Nec hoc ſic agit: vt ex tẽpore quaſi effutire videatur.

E ante G

Egelidor. pe. cor. regelor. geluqꝫ diſſoluor. Sidoni. Egelidarẽtur fibrę glaciales.

Egeo. es. egui. alicuius rei neceſſitatem habeo. ⁊ tam genitiuo qꝫ ablatiuo iungitur. Plau. in aſi. Quia tui abeuntis egeo. Lact. li. v. Tanta eſſe innocentię vim: vt non egeat nec armis nec viribus. Hinc componitur Jndigeo. Deriuant vero. Egeſtas paupertas. egens egentior egentiſſimus. Augu. lib. j. con. Opibus egentiſſimo.

Egenus. pe. pro. qui aliquid habet ⁊ aliquo indiget pauper qui nihil habet. Jnops ſine ope.

Egeſtoſus: ab egeſtate formatur ſicut a ſobrio ſobrioſus. Cyprianus. Cum nulla fuerit oportunitas ſcandali vbi tranſeunter quod peius eſt egeſtoſam habuerit manſionem.

Egeria. nympha cui ſacrificabant pregnantes: qꝛ eam putabãt facile ſętam aluo egerere.

Egero. is. pe. cor. ſſi. ſtũ. Uide in dictione. Gero.

Egregius. a. um. excellens. quod ex toto grege eligitur. ⁊ egregius emines ⁊ preſtans Ter. in An. Forma egregia ⁊ ętate ĩtegra. Hinc contra grãmaticorũ regulas. Juue. formauit comparatiuũ. egregiꝰ cęnat meliuſqꝫ miſerimꝰ. Sic Lucre. Naz nihil egregiꝰ qꝫ res ſecernere aptas a dubijs. egregie aduerbiũ excellenter qꝫuis ẽt vſurpetur p valde nimis: vt apud Ter. in An. Horum ille nihil egregie pter cętera ſtudebat.

Egredior. extra gradior ex eo. Lac. li. ij. Jlle vo cũ egreſſus eſſet ex arca. Dicimuſqꝫ egredior templo ⁊ e tẽplo: ⁊ templum. i. extra gradior templum. Jnde egreſſus ⁊ egreſſio.

Egurgito. as. pe. cor. ſignificat exhaurio. Plautus. in epi. Atqꝫ egurgitem domo prorſus.

Eho. Jnteriectio ẽ ad ſe vocãtis: vel nutus ẽ ĩtẽtiõez depoſcẽs cũ eius quo vult loq̃. Ter. ĩ An. ehodũ ad me. Als ĩteriectio admirantis vt: apđ eũdẽ. eho. an tu te ĩtellexi. hꝰ aſſimularier

E ante J

Ei: datiuus ab is. ea. id. aliqñ hꝫ q̃litatis vi. Ter. in an. ei ne ego vt aduerſer: hoc eſt tali taz bono. Jn metro plerũqꝫ monoſyllaba dictio ẽ ſicut cui ⁊ huic lꝫ qñqꝫ ẽt duaꝝ ſyllabaꝝ repiatur. vbi. e. mõ corripit. mõ pducitur. Juue. Juuenes hortãtur vt illam ire viam pgant ⁊ eidem incũbere ſectę. Lucre. li. vj. Scilicet ⁊ fluuius qui viſus maximus ei.

Eia mõ adhortantis eſt: mõ corripientis ελληνιϛι εια και ρημα υπο του εαωεω.

Eijcio. is. extra iacio excludo. Uir. Nec nõ Tarquinũ eiectum Porſenna videbar accipere. Qñqꝫ extẽdo. Jdẽ. eiectoqꝫ incũbit cernuus armo. eiectũ quoqꝫ pro naufrago idẽ poſuit. eiectũ littore egẽtẽ excipi. Hinc eiecticius. a. um. ply. Uulua eiecto ptu melior qꝫ edito. eiecticia vocat illa: hęc porcaria.

E ante L

Elabor. pe. p. extra labor. effugio. eo mõ quo lubricus anguis aut angulla manu prẽſa lapſu fugit. Uirg. ecce ãt lapſus pyrrhi de cęde polites Plau. in cap. ea ſpes elapſa eſt. i. effugit Hier. ĩ plogo Job. vt ſi velis anguillaz aut murenulam ſtrictis tenere manibꝰ quãto fortius pſſeris tãto citiꝰ elabit. Ci. p tranſlationẽ. Hic fr ſuo cenſore q̃ primꝰ añ me fuerat elapſus eſt: Hoc ẽ accuſatorez veluti pſentium manus effugit.

Elaboro. as. vide in dictione Laboro.

Elamitę. pe. produ. dicti ſunt perſarum principes. ab elam filio Sem: vt ait Joſeph.

Elaphos: pe. cor. latĩe ceruꝰ. vñ Tragelaphus Hircinus ceruus

Elatus. pe. p. ſublimis. excelſus. eminẽs. ſupbus ab effero. rs.

Electra teſte Heſiodo nympha oceani ⁊ Tethyos filia: vxorqꝫ Atlantis cuius filia q̃dã ẽt electra dicta fuit q̃ Joui Dardanũ pepit dicente Uirg. li. viij. Dardanus iliacę primus pr vrbis ⁊ auctor electra vt graijs phibent atlãtide cretus. ⁊ ſubdit. electrã maximus atlas edidit ethereos humero qui ſuſtinet orbes. Alia fuit electra Horeſtis ſoror.

Electryon. Amphitryonis frater ⁊ filius Alcęi.

Electrũ: gũmi ſiue lachryma ſuccuſue ex arboribus pinei gñis pfluens: qđ a latinis Succinũ dr. naſcitur vt inq̃t Plyn. in exoticis inſulis ſub metalli ſpẽ ⁊ gleſſum barbari. Hinc electriferas inſulas gleſſarias. Cuius coloris ſimilitudine puto eam mixturam electrum dici quę ex parte quadam auri et argenti conficitur dicente Plynio. li. xxxiiij. Aurum in quo quinta argenti portio eſt electrum vocatur.

Elemoſyna. munus quod inopi datur ab ελεος qđ miſerationem ſigt. Quod nomen apud gentiles raro legitur cũ apud chriſtianos frequentiſſimum ĩueniatur. Spartianus de Caracalla. Nõ tenax in largitionẽ nõ lẽtus in elemoſynam.

Elegans. pe. cor. nomẽ eſt non participiũ ab Eligo vt Ci. li. de opti. dicendi gñe innuere vr cum inq̃t. Nam ſi vt in epulari appatu magnificentia recedens non ſe parcũ ſolũ ſed ẽt elegantẽ videri volet eliget q̃bus vtat. Sunt eni plerqꝫ apte huius ipſiꝰ oratoris đ quo loquor pſimonię. Eſt igit elegãs idem qđ cultꝰ ornatꝰ politus q̃ſi q̃ eligere ſciat: aut qui ĩpe ſibi ſit eligendus. Ter. Regẽ elegantẽ narras. Hinc elegantia.

Elegãtia dcã ẽ qꝛ ſit electa ⁊ ſepata a vulgari opinione: ⁊ accipitur p cultu ⁊ ornatu q̃ tñ apud veteres non ad ĩgenij opera ſꝫ dũtaxat ad nimis amęnũ letũqꝫ cultum ac victũ applicabat. Nec ſine vitio erat. nũc elegans ſolũ laudãdo dr. vt elegans oro. Eſt ⁊ Elegantia elocutionis ps q̃ facit vt vnũ qđqꝫ verbũ pure apteqꝫ dici videat. Huius duę ſũt ptes latinitas ⁊ explanatio. Latinitas ẽ q̃ ſermonẽ puꝝ ſeruat ab omni vitio. Explanatio ẽ q̃ reddit aptam ⁊ dilucidã orationẽ. ea duabus rebꝰ cõparat. ſ. vt vſitatis verbis vtamur ⁊ proprijs. Uſitata ſunt q̃ verſant in cõſuetudine cotidiana. Propa ſunt quę eius rei de q̃ loqmur verba ſunt aut eſſe poſſunt.

Elegia pe. pro. ſiue Elegeia miſerabilis vel miſeria ab ελεεω miſerior ελεος miſeria. Uñ. Elegi verſus dci ſũt qꝛ ad ſ ſtulã luctꝰ cãtari ſoliti erãt: aut qꝛ his miſerabiles hominũ ęrũnę: ⁊ amoris quęrimonię dcãtãt. Romãi id gñs carminis qđ cũ lamentatione adcanit mortuis nęniã nũcupauerunt. Uñ tractũ vt epitaphia quoqꝫ dfunctoꝝ elegis verſibꝰ ſcribant. Ouid. Flebilis ĩdignos elegeia ſolue capillos. Ab nimis ex vero nũc tibi nomẽ erit. Dr elegiũ metrũ ⁊ elegia ⁊ p diminutionẽ elegidion Perſi. Hõ ſi q̃ elegidia crudi dictarũt pceres. Penultĩa huiꝰ nomĩs elegia a poetis longa pfertur. Mar. Deticeat cultis aut elegia comis. Oui. li. de reme. blãda pharetratos elegia cãtet amores. Statius vo li. j. ſyluarũ. Quas ĩter multũ petulanas elegia ppinquat: Huius metri princeps fuit Callimachus. ſecundus Philetas. Ab elegꝰ ſit elegiacus

ſit elegiacꝰ.a.um.elegiographus qui elegiam ſcribit.

Elementa ſūt principia oīum reꝝ a q̄bus ſumūt incrementū et
in q̄bus reſoluunt.vñ notas lr̃aꝝ ſcriptores elemēta vocāt
eo ꝙ ſint ꝑncipia oꝛōnis:nā ex dictionibꝰ ſyllabe ex ſyllabis
lr̃e ſiūt ad ſilitudinē mūdi elemētoꝝ:ſicut enī illa coeūtia oē
corpus efficiūt:ſic he ↄiuncte lr̃ alē vocē q̄ſi corpus aliqđ cō
ponūt.Inde elemētarie lr̃e dicte ſūt primitiue.Julius.Capi
tolinus.Puer inq̄t lr̃is elementarijs:⁊ calculo ībutus:ſic lex
moyſi ⁊ oē vetus teſtm̄ elementū đr ab apl̄o q̄bus q̄ſi ab ele
mētis ⁊ religiōis exordijs deū diſcimus.Quo enī elemēta ī-
quit Hier.appellant lr̃e per q̄s ſyllabas ac v̄ba ↄiungimus
⁊ ad texandā orationem longa meditatione ꝓcedimus.Ars
quoq; muſica hꝫ elemēta ſua:⁊ geometrica ab elemētis inci
pit lineaꝝ:⁊ dialectica atq; medicina hn̄t ισαγογας.ſuas
ſic elemētis veteris teſtamēti vt ad euāgelicā plenitudinem
veniat ſancti viri erudit̄ īfantia.A ſeneca ſenex elemētariꝰ
đr cum ait lib.v.epl̄arum.Turpis ⁊ ridicula res eſt elemēta
rius ſenex:ſunt aūt quattuor elemēta reꝝ ꝑncipia.Aer ignis
terra:aqua:ꝙ oīa ex his gignunt̄ alunturq;:ab alendo dicta
vel potius vt Hier.ſcribit in cōmentarium epl̄e ad hebreos
elementa q̄ſi eleuamēta:eo ꝙ ex ipſis cetera originē ſumant
inicia videlicet ⁊ fundamēta creaturaꝝ.A q̄buſdā ēt dn̄r eli
mēta per.i.litterā quaſi fabricamenta:ab eo quod eſt elimo.
as.ꝙ ex eis fabricata ſint oīa.De his q̄ttuor elemētis ſic ſcri
bit.Amb.lib.exa.eſt aūt terra arida ⁊ frigida.Aq̄ frigida et
humida.Aer calidus ⁊ hūidus:ignis calidus ⁊ ſiccus.⁊ ſic ſi-
bi ꝑ has iugales q̄litates ſingula miſcent̄ elementa:nā terra
cū ſit aride ⁊ frigide q̄litatis ↄnectit̄ aque per cognationez
q̄litatis frigide:⁊ per aquā aeri:q2 humidus eſt aer.Aq̄ er-
go tanq; brachijs quibuſdam duobus rigoris ⁊ humoris:al
tero terrā:altero aerē videt̄ amplecti:frigido terrā aerē hu
mido.Aer quoq; medius inter duo cōpugnantia per natu-
ram hoc eſt inter aquā ⁊ ignē vtrunq; illud elementū conci
liat ſibi:q2 ⁊ aq̄s humore:⁊ igni calore ↄiungit̄.Ignis quo-
q; cū ſit calidus ⁊ ſiccus nā calore aeri ↄnectit̄.Siccitate aūt
in cōionē terre ac ſocietatē refundit̄:atq; ita ſibi per hunc ⁊
choꝝ quēdā ↄcordie ſocietatiſq; ↄueniunt.Vñ ⁊ gre.στοι
χεια dn̄r que latine elemēta dicimus ꝙ ſibi ↄueniant ⁊ cō
cinunt.Pythagoras ceteriq; phyſici principia q̄ttuor elemē
ta ꝓpoſuerunt ex q̄bus aīalia ↄſtāt que in corporis nr̄is eui
denter apparent carnes ⁊ oſſa terrena ſunt:humor ⁊ ſudor
aquatici reſpiratio ex aere.Calor ex igne.Ab elementis ha-
bemus corpus ideo animum.

Elenchos grece reprenſio argm̄ ⁊ idē ferre qđ ſyllabos q̄ſi cō-
prenſio ſicut Ci.ad Atticū ſcribit.Sꝫ latini indicē dn̄t.Etenī
q̄uo libroꝝ īdices ⁊ pulchritudīe ⁊ varietate coloꝝ ⁊ magni-
tudīe lr̃aꝝ libros exornāt:⁊ res al̄s ſui īdices:ita hi geſtātiuꝫ
habitū illuſtrare ⁊ q̄ſi īdices eoꝝ videt̄ eē απο του ελεγ-
χειν qđ ſig̃t arguere ac patefacere.id qđ ſolēt īdices ab īdi
cando noīati.Sunt enī elenchi margarite ꝓceriores faſtigia
ta longitudine.Ply.elenchos appellant faſtigiata longitudi
ne alabaſtroꝝ figura in pleno deſinētes orbe.Juue.Auribꝰ
extenſis magnos cōmiſit elenchos:⁊ hi quidē bini aut terni
feminaꝝ auribus ſuſpendebant̄.Itē cauillatoriū dictū elen-
chos appellat̄.Unde ⁊ pro quodam argumēti genere ſumi
tur.vnde ſophiſtici elenchi apparentes redargutiui.

Elephas.antis.⁊ elephātus.ti.aīal notū q̄uis pro ebore hoc eſt
elephanti dente q̄nq; ponat̄.Virg.li.ge.In foribus pugnaz
ex auro ſolidoq; elephanto:elephanti biennio vtero graue-
ſcūt nec amplꝰ q̄ꝫ ſemel gignūt:nec plures q̄ꝫ ſingulos:viuūt
annos trecētos.Hos primū vidit italia pyrrhi regis bello ī
lucanis:⁊ boues lucas noīauit.Boues a magnitudine.Qm̄
nr̄i maximā q̄drupedē quā hērent vocarent bouē.Lucas a
lucanis.Alij lucā q̄ſi libycā dicta nolunt ꝙ ex aphrica hmōi
belue primo fuerint in italiā ducte.Var.a luce lucas appella
tas exiſtimat ꝙ elephāt.relucebāt ꝑꝑ īauratos regios clype
os qui in turribus his erectis conſpiciebant̄.Neuius.Atq;
prius locuſta pariet lucā bouē.Auſo.vt lucas boues olim re
ſumpto ꝓferoces prelio fugit iuuentus romula.

Elephātinus.a.um.p.c.nomē poſſeſſiuū:vel pellis elephātina.

Elephātia:ſiue elephātiaſis:⁊ elephas:ē ceu lepre qđdā gn̄s ele
phātoꝝ cuti ſil̄e crebris ſūma corporis ꝑte maculis:ac tumo
ribus rubore paulatim ſe ī atrū vertēte Hisnō ora tm̄ atq;
manus ſꝫ ſure ac pedes īflant̄:vt hic recētioꝝ pleriq; nō ali-
os putēt eē elephantiacos:q̄ꝫ q̄bꝰ crura ſic intumeſcūt:vt pe
des elephantoꝝ hēre videant̄.Origo morbi ex atrabile:non
q̄dē oī ſꝫ retorrida morbꝰ inexpugnabilis:atq; vt cācer vniꝰ
ꝑtis:ſic elephas totiꝰ corꝑis q̄ſi cācer exiſtimat̄.Caſſiodorus
Cutis aīalis elephāti vlceroſis vallibus exarat̄ aq̄ transpor
taneoꝝ nefanda inq̄t paſſio nomen accepit.Ply.lib.xxvj.ele
phātioſis nō fuit in italia ante.Cn.Pōpei tempora.

Elephantiacus.qui morbum elephantie habet.

Elephantina.vrbs que diſtat a thebis egyptijs viginti et octin
gentis ſtadijs.

Elephantis.idis nomen viri qui libellos ſcripſit quibus varia
genera concubitus varioſq; coeundi modos complexus eſt
Mar.Nec molles elephantidis libelli.

Elephantini libri apud priſcos fuerunt in quibus ſenatuſcōſul
ta ſcribebantur que ad principes pertinebant.

Eleo.es.maculo.Lucil.Si hic veſtimēta eleuit luto ab eo riſuꝫ
magnū ad cachinnum imprudens ſubijcit.eleuies purgatio.
Idem Ut eleuiē facere per ventum velis.

Elea ciuitas lucanie quā quidam Helā a fonte nominauerunt.
Alij a palude dictaꝫ opinantur que grece το ελος dr̄.Ab
elea dicti ſunt eleate.Parmenides philoſophus:⁊ zeno Py
thagorici ambo ꝑ quos eleam inſtitutis legibuſq; bene for-
matam fuiſſe autūnat.Strab.lib.vj.

Eleus dictus eſt bacchus:quaſi pius pater:ꝙ libertatē hoībus
preſtet greci ελεον miſericordem dicunt.

Eleuſis:⁊ eleuſin ciuitas in Attica ꝓuincia non lōge ab athenis
in qua regnauit:eleuſius:quē Ceres docuit omnem agricul
turam ⁊ in ea myſtica cereris celebrabantur:a qua tota pro-
uincia eleuſina dicta eſt.Ouid.Cercyonis letum vidit cerea
lis eleuſis.In hac Triptolomus natus eſt.Stephanus byzā
tius.πολις εστι ωνομασθη δε υπο του υιου ελευ
και πολλα περι της δημητρος.

Eleutheſium.latine vnctuarium:⁊ ſumitur pro loco in quo vn
ctores vngere ſolebant corpora poſt lauationem.

Eleutherius.nomē viri quo ſignificatur apud nos liberalis in
genuus ſeruator liberatorq;.Eleutheria libertas.

Eleutheros flumē.Ply.li.ix.Teſtudies Phenicio mari vltro
veniūt ſtatuto tꝑe āni in ānē.Eleutherū effuſa multitudine

Eleuo.as.pe.cor.ſurſum leuo:in altū tollo.Plau.Cape dū lapi
dē hūc atq; eleua.Itē ſig̃t aufero.vñ Eleuatū ꝓ ablato poni
tur.Itē ex̄ leuo īminuo extenuo ⁊ res geſtas verbis deꝓmo
Tractū a re ponderoſa:q̄ vt par ſit eleuat̄.i.īminuit̄.Liui.li.
iij.Maior inq̄t ſi vana vr̃a.P.C.auctoritas ad plebē ē:vos
eleuatis eā q̄ppe q2 plebs ſenatuſconſultū in ↄtinuādis ma-
giſtratibus ſoluit.Idē lib.xxviij.Q.Fabius res geſtas in hi
ſpania eleuauit.i.depreſſit.Quintil.lib.v.Gentiū ſil̄ vniuer-
ſarum eleuata teſtimonia ab oratoribus ſcimus.

Eleucus.fluuius qui medie magnam partem irrigat.

Elicio.is.pe.cor.cui.citū.vel xi.ctū.ſig̃t educo extraho.Vñ ille-
cebre argētarie dicte ſūt meretrices ab eliciēdo argento.

Electo.as.frequētatiuū formatū ab electū ſupino.Plau.in aſi.
Ibo aduerſum atq; electabo quicquid illud ſit.Hoc eſt mul
cebo:⁊ bono modo ſepe foras exire faciam.

Elicito.as.pe.cor.frequentatiuū formatū:a ſupino elicitū:ſylla
baꝝ tēpora notamus cū ēt in ſimplici medicina galenus fa-
cit opuſculū laudat orthographiā cuius titulus eſt.ει πω-
σα και τινα χρησιμον εγενετο το διαζει λασθαι
τα σημαινομενον των ονοματων.

Elices.pe.cor.ſulci aquarij per quos aqua collecta educitur.

Elico.as.pe.cor.Inuerſor:⁊ inuolutor rerum.

Elido.is.pe.ꝓ.ſi.ſum.effringo exꝑmo excludo:prefoco:diſſipo
occido.Ci.li.ij.tuſ.Hec ſūt ille fibre ſtirpiū q̄s initio dixi pſe
quende ⁊ omnes elidēde ne nulla vnq; poſſit exiſtere Plau.
in ru.Jubeo oculos elidere.Sue.in Ceſa.Ac ſepe preturba

eliſi exanimatiq; ſunt. Uirg. geminoſq; premens eliſerit angues. Item elidere eſt colligere. Idem lib. iij. Terẽ. ſpumam eliſam ⁊ rorantia vidimus aſtra.
Eligo. is. pe. cor. vide in dictione. Deligo.
Elimino. as. pe. cor. extra limen eijcio: excludo. Actius. Egredere exi. efferte: elimina vrbe.
Elis ciuitas arcadie: iuxta quã Alpheus fluuius oritur. Hinc eleus. a. um. Uirg. lib. iij. georgi. Hic vel ad elei metas ⁊ maxima campi ſudabit ſpatia.
Elinguis qui ſine lingua eſt. Itẽ qui mutus eſt ⁊ loqui nõ põt. etiã ſi linguã habeat. Amb. Mutus es: elinguem te feci.
Elinguo. as. linguã extraho: ſeu lingua priuo. Plau. in Aul. Si hercle ego tu non elinguandam dedero: vſq; ab radicibus: impero auctorq; ſum vt me cuius caſtrandum loces.
Eliquo. as. pe. cor. vide in dictione. liquo. as.
Eliſſa fuit nomen proprium Didonis. Nam dido lingua pheniciа latine virago dicitur.
Elimo. as. pe. pro. vide in dictione. Delimo.
Elixũ dr aq̃ coctũ ꝙ lix ignis cinis appellat᷑. Nã cinere olle ſuppoſito coq̃ ſolẽt carnes nõ aſſande. Uar. ãt ꝑ trãſlationẽ calceos elixos ſcribit q̃ſi madefactos vt eſt caro que elixatur.
Elixo. as. aqua coquo. Lauren. valla. Quod in prandio carnes quaſdam parum elixaſſet.
Elogiũ. teſtificatio de aliquo honoris vel vituperatiõis cã. Et aliqñ ſimplex teſtificatio ſniẽ vt Ci. Solõis q̃dẽ ſapiẽtis elogiũ eſt quo ſe negat velle ſuã mortẽ dolore amicoꝝ ⁊ lachrymis vacare vituperatiõis. Quĩti. Nõ ẽ iudices ꝙ putetis iõ nullũ adiectũ ad exheredatiõez iuuenis elogiũ: q2 de ſcelere ꝯſtaret. Honoris. Ci. in Cato quãta in quẽ illud elogiũ vnicõplurimi ꝯſentiũt gentes primariũ ciuitatis fuiſſe viꝝ. Sene. Deceſſit negociator teſtm̃ oĩum bonoꝝ ſuorũ reliquit formoſam heredem ⁊ adiecit elogium: quia pudicaz comperi. Dicitur etiam elogius: ſicut Epithaphium ⁊ epitaphius.
Elychnium: dicitur funiculus ille papyraceus ſiue ſpartheus canabinuſue aut ſtupeus qui ſtans in oleo peruritur: quem et thryallida ⁊ phlomon quoq; greci appellant. Ply. Et e medulla eius elegantium lucernarum ellychnia fiunt.
Eloquor. pe. cor. ſignificat ſicut ſuuz ſimplex. Quintil. Eloquor cum oĩa que mente conceperim promo. atq; ad audientes profero. Uirg. Eloquar an ſileam? Plau. in am. Reſq; vt facta eſt eloquar. Quaſi aperte loquar. Aliquãdo eloqui eſt dicere quod proprium eſt oratoris: a quo eloquentes dicũtur qui in dicendi ratione perfecti ſunt.
Eloquentia. Dictio ex omni parte perfecta totuz rhetorice corpus ꝯtinet. Ab eloquens. Elocutio que ab elocutum ſupino fit eſt idoneoꝝ verboꝝ ac ſñiaꝝ adinuentionẽ accõmodatio
Eloquium mõ ſermonẽ: modo facundiã: mõ elogiũ ſigt̃ Plau. Dulci ac blando eloquio amicã ſolatus. Apul. Platonis eloquio monitus non nobis ſolis nos natos eſſe.
Elpes nomẽ ꝓpriũ Boetij vxoris. De q̃ epitaphiũ eſt: elpes dicta fui ſicl'e regiõis alũna. Quã ꝓcul a pr̃ia ꝯiugis egit amor Quo ſine meſta dies: nox anxia flebil' hora. Nõ ſolũq; viro. ſpũs vnus erat. Lux mea nõ clauſa ẽ tali remanẽte marito. Maiorisq; aĩe ꝑte ſupſtes ero. Porticib⁹ ſacris iã nũc peregrina q̃ſco. Iudicis eterni teſtificata thronũ. Neue manus buſtũ violet ne forte iugat᷑. Hec iteꝝ cupiat iũgẽ mẽbra cinis
Elongo. as. longe facio remoueo: vt elongaſti a me amicum et proximum. Aliquãdo protraho differo. Ply. Quo maxime tempore dies elongantur.
Elonginquo. as. idem quod elongo. Aug. Domine ne elonginquaris miſericordias tuas a me.
Elorus. pe. ꝓ. ſicilie vrbs ab eloro amne q̃ cãpis ſupfũdit ſicut nilus dicta ꝓxime pachynũ ĩ quo piſces cibũ manu capiunt vt teſtat᷑ Ply. lib. xxxij. De hoc Sirius Sidonius drepane atq; vnda clamoſus elorus. Uirg. lib. iij. exupero pręingue ſolũ ſtagnantis elori. Sunt tñ qui hoc nomen aſpirent.
Elpenor. pe. produ. nomen comitis Ulyſſis qui a Circe cũ alijs ſocijs in porcũ cõuerſus fuit. Iuue. Et cũ remigib⁹ gruniſſe elpenora porcis. Home. facit li. xj. odyſ. ꝑ necromantiã iterfecti elpenoris Ulyſſez ire ad īferos. ε λπηνορ δ'ετις εσκε νεωτατος ουτετι λιην αλκι μος εν πολεμω ⁊ ſubdit αλλα κατ αντικρυ τεγεος πεσεν κ δε οι αυχην αστραγαλων αγη ψυχη δ' αιδος δε κατηλθε.
Elucũ. pe. ꝓ. languidũ vel hallucinatorẽ: aut nugarũ amatorem ſiue halonem: hoc eſt heſterno vino languentem.
Elucifico. as. luce priuo.
Eluceſcere ſigt̃ valde lucidũ fieri. Hier. qđ vt clarius eluceſcat ſumamus exemplũ ab his corporalibus ſenſibus.
Eludo. is. pe. produ. manifeſte ſeu perfecte derideo decipio. Ci. Sed vos ab illo irridemini ⁊ ipſi illum viciſſim eluditis: eſt ⁊ eludere vt Do. ſcribit ludo finem dare. Teren. in eunu. eludet vbi te victum ſenſerit.
Elumbus. ⁊ elumbis: qui euulſum habet lumbum: vel qui ſibi debilitate ſeſe erigere non poteſt.
Elugeo. es. pe. pro. Uide in dictione lugeo.
Eluo. is. elui. elutũ. ſigt̃ lauo ſeu lauãdo exhaurio: ex̃ purgo. col. lib. j. qđ ẽt venenati liquoris eluit ꝑniciẽ. Idẽ villica dz curã adhibere vt ſi q̃ feces aut amurce īfundis vaſoꝝ ſubſederint ſemel ſtatim emundent᷑: ⁊ nõ calidiſſima lixiua ne vaſa ceri remittãt ſemel atq; iteꝝ eluent᷑. Lac. lib. v. quanto ſatius eſt mentẽ potius eluere q̃ malis cupiditatib⁹ ſordidat᷑. At eluare eſt gule inſeruire ſeu luxurioſe effundere. Ci. pro Sex. qđ tu meo periculo gurgis ac vorago patrimonij eluabare.
Eluuies. Uide in dictione. Alluo. is.
Eluto. as. penul. pro. exprimo extra mitto: foras aquã colo: ſeu quid ſimile ex luto aut alia re feda. Uirg. lib. ij. georgi. aqua elutabitur omnis. i. exprimetur.
Elutrio. as. de vaſe ⁊ in vas tranſfero: quod quidem ⁊ trãſfuſo dicitur: ſz rarius. Forte a lura: que os culei eſt. Uñ Lurcones capacis gule homines.
Elurus. pe. ꝓ. aĩal: a grecis dictus apud latinos felis. Gel. li. xx. Elurorum quoq; oculi ad eaſdem vices lune maiores fiunt aut minores ſcribuntur cum diph. Aelurus de quo ſupra.
Eluſco. as. Uide in dictione Luſcus.
Elyſium cum. y. locus quem alij inferiorum ſuis felicitatibus plenum: alij fortunatas inſulas. Alij circa lunarem circulum dicunt: vbi iam aer purior eſt.

E ante M

Emancipo. as. pe. co. manumitto libero. Uñ emancipati q̃duobus modis intelligunt᷑. Aut hi ex pr̃is iure exceſſerũt aut hi alioꝝ fiunt dñij. Aliqñ emãcipatus idẽ eſt qđ deditus: ⁊ veluti in mancipiũ adſcriptus. Cic. in Cato. Itaq; ſenectus nimis honeſta eſt ſi ſeipſam defendit ſi ius ſuum retinet ſi nemini emancipata eſt: ſi vſq; ad vltimũ ſpiritũ dominatur in ſuos. Qui emancipat dicitur emancipator.
Emanſor dr qui diu vagatus ad caſtra regreditur: ſicut Deſertor qui per tp̃s longũ vagatus reducitur. Erroneus qui nõ quidã fugit: ſed frequenter ſine cauſa vagatur: ⁊ tẽporibus in res vngatorias conſumptis ſeruus ad dñm redit.
Emano. as. pe. pro. extra mano exeo. Col. lib. vij. Et ſale cũ adipe defricatur dum ſaniei vis emanat.
Emargino. as. penultima correpta. ſignificat cruſtas ⁊ pulullos ⁊ oras vlcerum adimo.
Emaus. cuius Lucas in euangelio meminit eſt que nunc Nicopolis inſignis ciuitas paleſtine: apud quã in fractione panis cognitus dominus eſt.
Emaſculo. as. caſtro eunuchizo.
Emat ciuitas que nũc Antiochia noĩatur: ⁊ due ſunt vt inquit Hiero. Magna. ſ. ⁊ minor. Magna Antiochia. Minor appellatur. Epiphania. Unde vſq; hodie ꝑgentibus meſopotamiã prima manſio. Emas corrupto q̃dem vocabulo ſed priſtini nois veſtigia retinens. Cuius regio appellatur Reblata in qua preſente Nabuchodonoſor regis iudee. Sedechie interfecti ſunt filij: ⁊ oculi eius excecati. Hemath vo in principio aſpiratum: regio allophilorum eſt.
Emaciatus. a. um. ab emacio. as. quod eſt macrum. Col. lib. ij. de Medica herba. Deinde quater; interdum etiam ſex